



I. N. I.

PROOEMIUM.



Vo imprimis scientiarum impediunt incrementum, significatio verborum diuersa, & falsa ratiocinatio. Illa enim efficitur, vt quidam aliam longe rem per idem verbum intelligant, quam is, qui veritatem quandam proposuit. Acerrime hinc saepenumero inter se disputant, & de eadem re agere videntur, cum tamen, si quilibet animi sui sensa rite explicet, vterque sub eodem tantum verbo diuersa exhibeat.

Vsu id venire solet in iis praecipue rebus, quae non ita obuia sunt, & nomen ab aliis, similitudinem quandam habentibus, adquirunt. Hinc tum alias, tum maxime in naturalium rerum scientia orta sunt maxima dissidia, quae tamen tanta non sunt, si rem ipsam respiciamus.

A 2

Quan-

L.N.I

Quaquam vero eadem veritas aliis tantum verbis, aliaque via eruatur & doceatur, damnum tamen haud leue inde confurgit. Eodem enim labore, quo inuenta iam ac recte se habentia, denuo alia via, vel potius aliis verbis inuenire sustinent, progressus fecissent longe maiores, si ex his ad inquirendum vltterius processissent.

Hoc impedimento alterum, falsa nempe ratiocinatio, longe maius existit, cum non solum progressus in scientia fiat nullus, sed etiam praeterea falsis illa conspurcetur adfertis, quibus, paucioribus quoque, admissis, infiniti errores nascuntur. Frequentius hoc fieri solet, si ex aliis scientiis quaedam haud rite intellecta applicare conentur, vel alias quoque recte se habentia sinistre adhibeant.

Eadem impedimenta fecere, quo minus medicina & naturalis scientia ad eum perfectionis gradum peruenerint, quem habere possent. Chimiam enim clauem rerum naturalium alteram negligunt plerique, eiusque artis terminis significationem alienam affingunt, vnde, rationes etiam falsae vt sequantur, necesse est.

Vtrique quidem scientiae magnam lucem attulit mathesis conuenienter applicata, nisi autem chimia in auxilium simul vocetur, multa obscura permanent,  
imo

imo plane  
dant, princ  
nis inaugu  
Faxit xter  
eueniant!

Principia  
vel cogn  
cta iam tant  
nem haud fa  
quibus res na  
tates & opera  
nimirum ex  
enim a stru  
tinent scient

Generat  
ralium princ  
neratim con  
scitur, quod  
impenetrabil  
quod ob has  
variam figur  
Hanc materi  
signare, qu  
experimentis

Minime  
rebus natura

imo plane intelligi nequeunt. Hæc ut clariora euadant, principiorum chemicorum doctrinam speciminis inauguralis loco perspicue proponere conabimur. Faxit æternum Numen, ut feliciter omnia cedant, & eueniant!

## §. I.

**P**incipia chimica alias diuiduntur, quod sint vel effendi, vel cognoscendi, vel curandi. Effendi principia illis dicta iam tantum considerabimus, reliquorum vero mentionem haud faciemus. Sunt autem eiusmodi principia, e quibus res naturales constant, eorumque natura, proprietates & operationes deriuari & explicari possunt; quatenus nimirum ex mixtura partium minimarum proueniunt, quæ enim a structura dependent, non ad chimiam, sed alias persinent scientias.

## §. II.

Generatim enim omnibus consentientibus rerum naturalium principia interna sunt materia & forma. Materia si generatim consideretur, ex proprietatibus communibus cognoscitur, quod nimirum sit extensa, diuisibilis, figura gaudens, impenetrabilis & ad motum habilis. Facile autem patet, quod ob has proprietates materia varietatem recipiat, cum variam figuram, magnitudinem & motum habere queat. Hanc materiae varietatem non tam pro lubitu fingere & assignare, quam potius cum chemicis inquirere, & mediantibus experimentis atque ratiociniis firmis eruere debemus.

## §. III.

Minime eiusdem, sed diuersæ conditionis materiam in rebus naturalibus hære, cum oculis ob nimiam subtilita-